

Dei, ut cuius se ancilla appellaret, et quod magis
 est, illa quae erat Mater Dei, Mater peccatorum haberi,
 imo et esse debet, quae (inquit) Mater Dei. Fide Mater
 dei Sanctitatis, Mater puritatis, Mater virtutis, Mater
 mansuetudinis, et charitatis, illa inquit, titulum habere
 voluit, Matris peccatorum, Matris impudicorum, ut eos
 suorum charismatum rose ablueret, Matris (admiramini
 immensam laudem, et incredibilem humilitatem) peccatorum,
 Matris perentium, Matris desperantium: et quis auduit
 aut maiora, aut si non auduit maiora, quis auduit
 equalia, Regina fuisse, quae nulum regere aucteretur;
 Imperatrice, quae nulli imperaret; Mater, quae se ancilla
 esse decerneret: quis auduit reginae spreuisse sceptra;
 Imperatrice imperia repudiasse? mater famulasse?
 reginae honores contempsisse? imperatrice dignitate
 habere noluisse? mater infanti obtemperasse? nullus
 unquam nec de regina, nec de imperatrice, nec de matre
 auduit. Maria fuit et Regina, et Imperatrix, et
 Mater, quis negat? Maria fuit regina, et alios regere
 neglexit, quis non annuat? Maria fuit Imperatrix,
 et imperare recusavit, quis conspuat? Maria Mater
 fuit, et ancillare non turpe duxit, quis abnuat?
 Maria regina fuit, contempsit sceptra: Imperatrix
 fuit, imperare noluit: Mater, filio inferuire voluit.
 Maria honores contempsit, et regina fuit; dignitatem
 illucubras, et Imperatrix fuit; in filium Matris
 potestate demonstrare, et Mater fuit; quis non